



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

[Prooemium Authoris.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

24^s D. DYONISII
CARTHUSIANI DE
ARCTA VIA SALVTIS,
ac mundi contemptu. tra-
ctatus planè pius ac
eruditus.

Prooemium Authoris.

Mich. 6.



Ndicabo tibi, o homo,
quid sit bonum aut
quid dominus requirat
a te: vtique facere iudi-
cium atque iustitiam,
& sollicitum ambula-
re cum Deo tuo. Quoniam rationale
creaturâ Deus ad æternâ beatitudinē
obtinendâ creauit, ab exordio mûdi eâ
instruxit de his, quæ ei necessaria sunt
ad felicitatem hanc sortiendam; qua-
tenus inter bonum & malû, inter verû
& falsum, inter virtutes & vitia rite
discernat, bona & vera ac virtuosa pe-
ligēdo, mala aut & falsa ac vitiosa pe-
nitus derestādo. Itaque ratio nostra per
diuinæ legis doctrinam instructa, per
sacram scripturâ edocta, esse debet iu-
dex oīm actuum vitæ nostræ: vt cōuer-
sationē propriâ vnusquisque quotidie
sapienter discutiat, veraciter iudicet,
effica-

DE
efficac
inord
bemut
nō iuc
quilib
vitam
derit, a
multu
lem sa
facere
qui fec
æterna
Quæ ad
metip
dicaren
bemus
formio
ctitatis
aut off
gloria
pitern
Hinc a
homo
timore
timora
sation
Cum n
opera
Maled

DE ARCTA VIA SALV. 249

efficaciter corrigat, Quāuis ergo alias
inordinate iudicare diuinitus prohi-
bemur. iuxta illud: Nolite iudicare, vt
nō iudicemini: nihilominus seipsum
quilibet iudice t, cōsiderādo propriam
vitam. & quidqd in ea rephensibile vi-
derit, abhorrescat, defleat, vitet, neque
multum relinquat, sed per pœnitētia-
lem satisfactionum emendet. Hoc est
facere iudicium atq; iustitiam. Quod
qui fecerit, diuini iudicij districtiōe,
eternam quæ inferni pœnam euadet.
Quēadmodum Paulus testatur: Si nos
metipfos dijudicaremus, non vtiq; iu-
dicaremur, Insup solliciti ambulare de-
bemus cū domino Deo nostro, iugiter
formidantes ne oculos maiestatis san-
ctitatisq; eius in aliquo inhonoremus
aut offendamus, ne gratiā in præsenti,
gloriamq; in futuro pdamus, ne sem-
piterna gehēnæ supplicia incuriam?
Hinc ait scriptura diuina: Beat⁹
homo q; semp est pavidus. Et, Qui sine
timore est iustificari nō potest. Adhāc
timoratā atq; sollicitā corā dño cōuer-
sationē horratur nos Paulus dicendo:
Cū metu & tremore vestram salutē
operamini. Hieremias quoque dū ait:
Maledictus homo q; facit opus Dei ne-

*Matth. 7.
Iudicium &
iustitiam vt
faciendum.*

*1. Cor. 11.
Quomodo
sollicite corā
Deoambu-
landum sit.*

Prou. 28.

*Eccies. 1.
Philip. 2.
Hier. 48.*

! s, gli-

*Psalm. 2.
Iob 31.*

negligēter, Oportet ergo diligenter cū
omni cordis custodia, debitoq; charita-
tis affectu ac filiali timore Deo subli-
mi seruire, sicut cātatur in Psalmis:
Seruite dño in timore. & exultate ei cū
tremore. Talis erat S. Iob, de seipso ve-
rissimè loquens: Sēper quasi tumentes
sup me fluctus timui Deum. Et denuo:
Deus est, cuius iræ resistere nullus po-
test. Idcirco à facie eius turbat⁹ sum, &
cōsiderās eū, timore sollicitor. Porro q
dissolutus est corde, q leuis est mente.
q diuini vultus intuitū nō ppendit, nec
lummi æterni, metuēdiq; iudicis prę-
sentiā reueretur, sed sic secure incedit.
sic negligēter se habet, quasi iā picula
cūcta euaserit, & tanq̄ à Deo iudican-
dus nō sit, nōne seipsum lamētabiliter
perdit, incidetq; in man⁹ Dei viuētis,
recepturus cū reprobis æterna suppli-
cia in infernalibus locis? Tu ergo cha-
rissime, & in Christo Iesu cordialiter
prædilecte, cui hæc scribo. noli in vani-
tate & vana securitate teipsum negli-
gere, noli corā Deo altissimo te inces-
sabiliter inspiciēti irreuerēter incedere,
noli ad eius iniuriā impie viuere: sed
quæadmodū Moses exhortatur. Custo-
di temetipsum, & animā tuā solcite,
& ne

Hebre. 10.

DE ARCTA VIA SALV. 251

& ne obliuiscaris verborum domini *Dent. 14.*

Dei tui, & ne excidant de corde tuo
cūctis diebus vitæ tuæ, Hinc siquidem

Augustinus, In vanum, inquit, Dei mi *Augustinus.*

sericordiam sperat, qui eius iustitiam
non formidat. Et Hieronymus: Si De *Hieron.*

um præsentem, & omnia videntem, *Iob 23*

iudicantemque credimus, & id sæpe *Iob 13.*

pensamus. credo q̄ raro vel nūquam
peccabimus. Hoc ita quod attendit san

ctus Iob, dicens: Nonne Deus scit viā
meam, & omnes gressus meos dinume

raty Itemque: Obseruasti omnes se

mitas meas. & vestigia pedum meorū *Basilius.*

considerasti. Propterea Basilius admo

net: Memento te sub Dei cōspectu sta

re, qui occulta cordis inspicit, & ab

scōndita nouit. Consideratio ista di

uinorum obseruantiam præceptorum *Psal. 118.*

inducit. dicēte Psal. Seruauī mandata
tua & testimonia tua, quia omnes viæ

meæ in conspectu tuo. Si ergo vis De

um timere, sagaciter cogita eum vni

uersa videre. & rubesce coram præsen

tia infinitæ sanctitatis eius, corpore
impuro assistere, animamque macu

latam & vitiosam habere. Memento *Eccl. 12.*

creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ,
antequam veniat tempus afflictionis

tuæ.